

reghorehugh liber est & excusatus. Item liceat ipsis lastadia sumere in fluctibus maris ubi volunt. Item teleonea coggonum maneant prout fuerant ab antiquo. ut autem hæc omnia per nostros Advocatos & Officiales in perpetuum firmiter observentur, presentes easdem literas sigilli nostri munimine roboratas contulimus in testimonium & evidentiam firmiorem. Datum Wordingborgh Anno Incarnationis Dominicæ MCCCXXIV quinta feria proxima ante diem nativitatis beate Virginie, teste Domino Gerardo Comite Holsatie, & Stormariae illustri avunculo nostro perdilecto.

Hæc invicta argumenta. Pene omiseram ad annum clo lx. Fresones penitus Boreales illos tractus visitasse. Verba sunt Adami Bremensis, qui circa illum, quem diximus, annum floruit.

Item retulit nobis beate memorie Pontifex Adalbertus, in diebus antecessoris sui quosdam nobiles de Frisia viros, causa pervagandi maris in Boream vela tetendisse, eo quod ab incolis ejus populi dicitur, VVirrahæ fluminis directo cursu in aquilonem nullam terram occurrere, præter illud mare quod Liberca dicitur. Cujus rei novitate pervestiganda, conjurati sodales à littore Fresonum lato celeumate sunt progressi. Deinde relinquentes hinc  
Danim,